

**www.e-rara.ch**

**Theses philosophicas**

**Zwinger, Theodor**

**Basileae, 1686**

**Universitätsbibliothek Basel**

Shelf Mark: KiAr H III 41:13

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-9936>

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien - von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material - from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes - des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]


**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



Catalog

THESES PHILOSOPHICÆ,  
 Quas  
 Deo benignè juvante,  
 SAPIENTISSIMI ORDINIS DECRETO,  
 Pro impetrando *Magisterii* gradu  
 Ad diem XI. Junij Anni M. DC. LXXXVI.  
 publicè defendendas suscipit  
 ADAMVS HENRICVS MERIANVS,  
 Basiliensis;  
 P R A E S I D E  
 THEODORO ZVINGERO,  
 Eloq. Prof. Ord.

- I.  Um omnia, quæ sub humanæ mentis intellectum cadunt, ad tria genera revocari possint, nempe ad abstracta, concreta & analogias; hinc triplex existit scientiarum differentia.
- II. Prima est ea, quæ res incorporeas æternasque & à sensu remotas, ut Deum, à cujus existentia omnes veritates dependent, substantiam cogitantem, ut Angelos, Dæmones, Animas racionales contemplatur, & Theologia naturalis vel Metaphysica dicitur.
- III. Secunda, quæ in rebus corporeis, concretisque occupatur, Physiologia vel Physica appellata est.
- IV. Tertia, quæ magnitudinum analogias, extensionem subjectorum, eorumque multiplicationem & dimensionem considerat, Mathematices nomen sortita est, quæ licet perfectissima sit scientia, & ad physicam contemplationem non parùm conducatur, multiplicem artificiosamque inextricabilium nodorum explicationem tradendo; in multis tamen à mathematicis ad physica argumentari non licet: plurimæ enim admiranda in Geometricis contra omnium opinionem demonstrantur, quæ aliena sunt à Physicæ ratione.
- V. Physica est scientia corporis naturalis quæ naturalis: ejus Objectum est duplex Generale vel Speciale.
- VI. Generale est corpus seu materia, quæ eadem prædicata quidditativa admittunt, & per consequens reipsa non differunt.
- VII. Speciale est mundus, vel universum hoc, in quo omnia sunt, & extra quod nihil.
- VIII. Ejus causam efficientem Deum esse & S. Scriptura dicitur, & sana ratio suadet: Unde æternitas ipsi & actualis & potentialis nullo modo convenire potest.
- IX. Plurima autem, quæ ipsius ambitu coercentur, crassis adeò circumfusa latent tenebris, ut non sit humani ingenii acies, quæ eadem per vestigare queat. Quamvis hanc naturalium ignorantiam multum quoque foveant à teneris hausta præjudicia, principiaque minus firma.
- X. Si Insecta plura è putredine nascuntur, uti quidem sagacis. *Aristot. lib. 5. Histor. animalium* vult, miratur, cur eadem non æquè nascantur è carnis putridis in vitro quodam à vermium accessu unitis, atque ex illis, quæ aëri libero expositæ fuerunt: Hoc verò certum nobis est iudicium, non nisi è semine produci.
- XI. Sonus per Tubam Stentoreo-phonica Samuelis Morandi emissus non tantùm longius dispergitur instar fumi è camino confertim egredientis, sed etiam propter undulationem aëris in sonoro canali reflexam major multo, & clarior redditur: adeò ut Sclopi per illum explosi sonus fragorem tormenti explosi exæquet.
- XII. Anima plantarum si ulla est, Motus est, quo succi nutrientes tubulis plantarum in seminibus jam à naturâ efformatis à calore solis, & pressione aëris impelluntur: adeò ut facultate attractrice, retentrice, nutritivâ, augmentativâ neutiquam opus sit amplius.
- XIII. Quòd Mercurius vivus in tubo vitreo ultra consuetam profunditatem non descendat, non nisi gravitati aëris adscribendum, quæ quò major, eò Mercurius altior evadit; hinc in Hispaniâ non ita altè ascendit, atque in Belgio, Angliâ.
- XIV. Sensationes omnes non nisi fiunt à motu fibrillarum nervearum ab objectis in organis excitato & ad cerebrum usque continuato.
- XV. Differentia tamen sensationis ab organi quoque structurâ plurimum dependet; hinc gratus alijbus Moschi odor, ingratus aliis: hinc suavis huic sacchari sapor, alij minus suavis: imò non nisi texturæ organi peculiari adscribendum credimus, quòd vino, caseo, butyro &c. nonnulli abstineant, alij mirum selescentur; quòd hoc odorum, coruonicum, perdicum, &c. carnes plurimæ palato sapiant, nullo non pretio coemendæ; aliis contra fastidio sint. Mori veri subit, tanti à plerisque fieri rusticularum excrementa, fungorum substantiam deleteriam, tanti à plurimis caseos putridos, fermentes, verminosos, quippe talis ingurgit aut palati fibras minus jucundè afficiunt, & ventriculo molesta sunt.

BASILÆ, Typis JOH. RODOLPHI GENATHII.





